

Nota. Terra hebraicē dicitur *erets*, vel à radice *ratis*, id est, calcare, quid à hominibus et jumentis calectetur et habetur: sicut terra dicitur à terendo, ut vult Junilius, Varro et Eugubinus in Cosmopœia; vel à rad. *rata*, id est, voluit, concepivit; quod semper appetat fructum ferre, ut vult Isidorus Clarius; vel à rad. *ruts*, id est, curcurit per antiprasinum; quod terra minimē currat, sed planē sit fixa et immobilis; aut potius quid in ea habitat et currunt homines et animalia; quoddam ad eam, quasi infimam descendant et currant omnia gravia, circum verò eam currant omnia elementa, omnesque orbis coelestes atque hac de causa Deus videtur aridam hinc appellasse terram, sive hebraicē *erets*, à currendo, quid in ea vel circum eam quasi basin et centrum omnia currant et moveantur. Ab hebreo *erets* aliqui deducunt Germanicum *erde*.

Porrò maria hebraicē vocatur *iammin*, à copia et multitudine aquarum: *iammin* enim per anastrophos littere *iod*, idem est *modum*, id est, aqua. Rursum *iammin* alludit ad rad. *hama*, id est, sonare, strepere pro turbā, copia et multitudine, ut strepit mare: unde *hamon* vocatur turba, multitudine, strepitus, tumultus.

VERS. 11. — GERMINET TERRA HERBAM. Germinet, non acte producendo, ut vult Cajet. et Burgens., sed materialiter tantum ministrando: tunc enim in prima rerum creatione Deus se solo acte et efficaciter, idque subito prodixit omnia germina et plantas, easque juxta et perfecte magnitudinis, ut docent S. Thom. I, p. q. 70, art. 1, Abulensis, Perierius et alii passim; in mō Psaltes psal. 105, v. 14: *Producens, inquit, fannum jumentis, et herban servitū hominum*. Jam autem terra ad germina etiam effectivè concurrit, presertim si semine sit imbuta: terra enim per semen pyri, producit pyrum, per semen pomi, producit pomum, reip̄s vero sine semine, si pluvia irrigueretur, et à sole caelestis, producit gramina. Porrò quād terra sit benigna mater, et nutrix omnium viventium, eleganter docet Plinius lib. 2, cap. 65: *Sic hominum illa, inquit, ut cōlūm Dei, quod nos nascentes excipit, natos alit, semelque editos sustinet semper: novissimū completa gremio, jam à reliquā naturā abdicatos, tum maximē ut mater operiens. Et mox: Hac benigna, matis, indulgens, quoze mortalius semper cōficiat, qui concita generat? quoze fundit? quoze odores saporesque? quoze succos? quoze tactus? quoze colores? quād bona fide creditum famus reddit?* que nostri causā alit?

Porrò miratur, et merito S. Basil. Dei in germinibus providentiam, quae in culmis numero parec rādibus emicant, seseque attollunt: *Germen interior, ait, dum continenter tepefit, cum humorem quem exigit per radiculos, ei calorū ipsum è terrā proficiens, quantum moderatæ sunt alimonias satis sit adsciscit, quod reliquum ejus est dispensat ac dispergit in culnum, conticem, in thecas, hoc est, loculos sive vatalibus, in triticum, in ipsas denique aristas. Et mox: Vide quomodo peniculis praecingantur culni frumenti, ut illis velut quisbusdam vinculis corroborati, spicarum facile pondus ferant et sustineant, cum plena jani fructuum gravideque*

ad humum suo pondere inclinant. Quapropter avena quidem innitis atque vacua tota est, quod nullo prorsus culminis pondere premitur: contra frumentum naturā geniculato cultu, quasi vinculis confirmassē videtur; in theca verò gramm̄ recomposita, ne sit expostus frigileḡ avibus præda: insuper et aristarum vallo, velut teli objectis animalium noxam abaret. Plura deinde afferat de vite, ejusque claviculari, quibus se arbioribus necit ad eum culmen scandit. Ac paulo post symbolice applicans homini: Simili modo, inquit, Deus sensus nostros in sublime erexit, neque permisit in humum nos esse defectos, ac dignos esse qui conculturantur. Vult etiam omnis claviculus, sive caproli quisbusdam, et amplexibus charitatis proximis immiti et adhaerere, et in ipsis etiam conquiscere, ut iugis affectu sursum versus feramus, et quasi arbustive vites nos ipsos adequaremus sublimum fastigium arborum. Quin et à nobis exposcit, ut diu defodimus sustinemus. Et inferius: Arborum, ait, quarum rami profiliores sunt, porrecti latè et expansi per aēram: earam et radices profundiores sunt, et circunquaque latè etiam diffunduntur; perinde quasi natura fundamenta quadam proportione respondentia superponderibus subjiciuntur. Jam verò detracimus non nulli pinus, aut incensas usitatae flammis in querecta obseruantur verti. Sunt et quas natura ritum agri colorū cura deponeant, ut extrudere novimus, ut punicas acidas, amygdalas amaras. Cion enim in parte radicis propinquā alijs perforat, cancum ex pinu pinquem per medium adactum medullam suscepit, sapor istum fastidio in gratum usum mutato, dulcescunt. Subdit palmas alias esse mares, alias feminas, et feminam in marem pronam blandioribus ramis nutare, quasi gentiliter et amplexum mari percipiunt: stirpium vero cultores inter ramos tunc quasi semina quedam, mari florem seu fructum immittere, atque ita illam quasi voluntate inde percipere, seseque rursum erigere, et ad formam propriam suas restituere comas. Hec eadem de fice etiam asserunt. Quamobrem alii justia fice caprifoci serunt, ali caprifoci grossos inter se colligatos injiciunt fice: atque hoc pacto fecorum imbecillitati medentur, defuentem jam latenterum fructum ipsorum grossis istis fulcientes. Deinde idipsum moribus applicans: Quid, ait, istud sibi natura vult exigua? Quod ipsi quoque nos ab aliens à fide, non raro debemus desuenerere intentio animi acrimoniam, vimque bonorum operum efficacem; v. g., cum videris gentilem, vel haereticum temperantem, modestum, probum, acriter excitare, ut in iisdem virtutibus eminas, itaque velut fīcus à grossis exacta, fructuosa tuorum inhibebas destituum, et accuratis eos entrias. Hec et plura S. Basil. hom. 5 Hexam.

ET FACIENT SEMEN, q. d.: *Producat terra herbam que possit semen ad specieē sue propagationem facere, id est, seminare.*

E LIGNUM POMIFERUM, id est, arborem fructiferam, ut habeat Hebreia. Pomum ergo ponitur pro quois quisbusdam vinculis corroborati, spicarum facile pondus ferant et sustineant, cum plena jani fructuum gravideque

CEUS SEMEN IN SEMETIPSO SIT, quid sibi simile g-

gnendi vim habeat, per semen, quod habet in seipso putata in suo vel fructu, vel folio, vel radice, vel ramis. Nam multe plantæ non habent semen propriè dictum, ut patet in salice, gramine, menta, croco, alio, arundine, ulmis, populis, etc.; sed hæc habent aliquid loco seminis, sc. in ipsis radicibus vim quandam propagativam, ut patet in arundine, etc., ita S. Ambros. et Basilius. Idque hoc fine ut, cùm plantæ individue interneant, maneat tamen in semine et fructu, quem ex se propagant; itaque quandam quasi immortalitatem et aeternitatem, quam naturaliter ambient, consequantur, ut scilicet semper sint, et semper perdurant in suā propagine.

VERS. 12. — PROTULIT TERRA. Hinc patet hoc tertio die, terram non tantum virtutem producendi plantas accepisse ut videtur velle S. August. l. 5 de Genes. ad llt. c. 4 et 5; sed illo ipso, quo Deus jussit, motu, terram actu omnes plantarum species, casque adutas, multas etiam cum fructu maturò produxisse. Dei enim perfecta sunt opera; ita S. Basilius et Ambrosius.

Idem dico de animalibus et homine, creatis die sexto, videlicet omnia creata esse in magnitudine, vigore et robore perfecto, ut docent communiter DD. Ex diebus sequitur hoc die tertio etiam paradisum esse plantatum, ornatumque mira arborum varietate et pulchritudine, de quo cap. 2.

Nota hoc die tertio terram quoque produxisse herbas venenatas, item rosam cum spinis: haec enim quasi conaturalis rosa eique congenite sunt. Negat hoc posterius de rosa S. Basil. hom. 5 Hexam. et S. Ambros. lib. 5 Hexam. c. 11. Pirus negat Beda, Rupert, Rabanus et Alcuinus, patinque quid ante hominis lapsum terra nihil noxiū, puta nullam herbam venenatam, non spinas, non tribulos, in mō nec arboreum sterile protulerit: hæc enim post peccatum in ejus peccatum esse producta. Verum contrarium docent S. Basil. et Ambros. loco citato, c. 9 et Damasc. 1. 2 de Fide, c. 1, idque verius est, tum ne eorum pulchritudo decesset universo, tum quia quo homini venerata sunt, alii relapsi prostruti, et utilia sunt alii animalibus, ut ibid. docet S. Ambros. Sic enim cicutæ, que homini est noxia, vaccis est in delicias. Cicutæ, ait Basil., sturni cunctæ, tamen proper corporis constitutionem à veneno non occupantur. Cion enim pertenes habeant ad corda penetrantes meatus, fit ut ante devoratum cicatricam concurvant, quād in lethale gelu ad precordia percerentur. Elleborus autem cotonicibus est cibus, nec ob eo, peculiariter quādam temperatione, detrimentum quidquam percipiunt. Tum quia cadet utilia sunt homini: Nam per mandragoran, ait S. Basil., medici somnum advoceant et invitent: succo vero papaveris vehementis corporis dolores sedant. Quidam rubicundum appetitum extendo cicatram tabescerant, et sensim extinxerunt; ac elleboru non pauci, sed et diuturna corporis vita radicibus extirparunt. Tum quia Deus ante peccatum Adae per sex creationis dies omnes omnino rerum species prodiuit, factice universum perfectum; nec post hos sex dies ullam novam speciem

creavit; unde cap. seq. v. 4 dicitur Deus sex diebus creasse omne virgultum agri, et die septimo quievisse. Quare idem dico de lupis, scorpis aliisque animalibus noxiis, scilicet ex producta esse cum aliis non noxiis die quintā; idque patet ex serpente, qui tentavit et seduxit Eym, nihil tamen horum nocere potuissest homini, si is in innocentia mansisset; quia innocentia conjuncta habebat et exigebat ab homine prudenter, ut scilicet eante tractaret rosas, ne in spinas impingeret: rursum, ne irritaret lupos et feras contra eum: alioquin enim suā culpā et imprudentiā, ac proinde de jām non innocens, sed nocens ab eis lesus fuisset. Vide dicta Sap. 1, v. 14.

Nota secundū. Cūm hic dies tertius sit is quo Deus terram perfectè formavit et ornavit, hæc de causâ omnino verisimile est, hoc pariter die producta esse marmora, metalla, mineralia, fossiliaque omnia, rursum ventos. Hi enim terram, terraque viventia evenitam, purumque aerem aspirant: sine ventis enim nec plantæ, nec homines vivere aut vegetari possent.

Denique putat Molina hoc die productum esse infernum in centro terra. Sed jam ante dixi verius esse, cum primo die, statim à casu Luciferi esse productum.

Queres, quo anni tempore mundus à Deo sit conditus? Multi Hebraei, Lyraeus, Abulensis, Olearius, et Arias Montanus censem mundum creatum esse in æquinoctio autunnali: tunc enim fructus sunt maturi; jam autem fructus fuisse maturos patet ex pomo verito, quod comedit Adam.

Sed respondeo: Verius est mundum creatum esse in aquinoctio verno. Primo, quia id docent passim omnes Patres, quos vide apud Molinam et Perierius; quin et Poete, ut Virgil. l. 2. Georg. loquens de primâ nascientis origine mundi:

.... Ver, ait, illud erat, ver magnus agebat

Orbi et hibernis parcebant flabibus Euri.

Secundū, quia ver est pulcherrimum anni tempus; tale autem decuit felicitatem statū innocentie; et in vere redemptus et recreatus est mundus per Christum: ergo videtur in vere pariter creatus esse mundus. Tertio, quia idipsum definit Concilium Palæstinum, habitum sub Victore Pontifice, preside Theophilo, anno Christi 98, quod citat et refert Beda, l. De æquinoctio verno. Fuit hoc concilium particularē, non generalē, ac proinde definitiones ejus, licet non sint de fide, sunt tamen magna auctoritas. Quin et Concilium hoc hanc suam sententiam probat ex verbo germinet: in vere enim terra germinare incipit. Secundū, idem Concilium docet mundum esse conditum, in æquinoctio verno, idque probat ex eo quid Deus tunc divisi lucem à tenebris, scilicet in sequales patet, que divisio fit in sequinoctio. Addit tertio idem Concilium primum diem mundi fuisse 8 kalendiarum april., id est., 25 martii, quo et B. Virginis annuntiatus, simulque in eam et incarnatus est Christus, et quo post 54 annos vel passus; vel, ut exacti quidam chronologi volunt, à morte resurrectus. Rursum certum est

hunc diem fuisse dominicum : quanquam eo anno quo incarnatus est Christus, 25 martii incidit non in dominicum, sed in feriam sextam. Feria enim sextam incarnationum quam passum esse Christum; natum verò et resurrexisse die dominico, ex S. Athanasio, Augustino et aliis docet Francisc. Suarez 3 p. q. 33. in fine.

Quare mirum est eundem Bedam sui, ut videtur, oblitum, l. de Ratione tem., c. 40 dicere mundum creatum esse 18 Martii, non 25.

Ad argumentum Hebreorum respondeo, initio mundi non omnes, neque ubique fuisse fructus maturos hoc die tertio productos (nihil enim tale assertit Scriptura) sed Deum in plantis et arboribus crevit, in his quidem foliis : in illis verò flores amoenissimos : in aliis fructus maturescentes : in aliis fructus maturos, pro natura, qualitate et conditione tantum plantae et arboris, quā regionis cuiusque. Nam in vere, multis in locis, fructus non pauci sunt maturi, et forte in paradise plurimi erunt maturi.

Moraliter Theodor. l. 4 de Providentiā, qui est de Materia et Mundo : « Cū stationes anni videbimus suis quamque pertinari temporibus, cūm terra pluviam dispensari, cūm terram germinare, cūm viribus herbis obducere, undare segetes, prata floribus renire, comare silvas, ramos arborum fructibus prægravari, lingua moreamus in eis laudem qui hec terra donec contrabuit. Ne verò montium nymphas, neve fontium ac fluviorum, neve filias Nerei referamus in deos. Ne cantemus Julian Cereri, neve ipsi Rheo Lytiensan, ne Baccho Dithyrambum, ne Paana Pythio Apollini, neve Diana concinnum Hypoepum; sed rerum omnium conditori Deo hymnos Davidicos proferamus, cumque eo pariter exclamemus : Quam magnifica sunt opera tua, Domine! omni in sapientia fecisti. Quotiescumque canoras aves audiemus variis cantus emodulari, cicadasque tremulos vibrare concentus, Musis Sirenibusque dimissis sapientissimum Deum, eundem potissimum adoremus, qui et hujusmodi aviculis tantum tribuit musicæ harmoniam, et humanum genus undecunque nutrit, fovet ac mulcat. »

Mysticè ascende hic, anima, à specie creature ad pulchritudinem creatoris, tibique didicito : Si ita ruboros sanguis, carent lilia, purpurantur hyacinthi, redolent caryophylli, vernant prata, delectant pomii, pyri, cerasi, si ita variè videntur herbo et segetes; si ita rufat aurum, nitet argentum, splendens carbonculi, radiant gemme, quis color, quis odor, quis sapor, quis decor esse debet ejus qui haec omnia crevit? Speciei enim creator haec omnia constituit : quantum ergo his dominator eorum speciosior est! Omnia haec speciosa quæ vides, que tangis, que sapi, tantum gutta sunt ad oceanum honorum omnium, qui est in creatore Deo. Si ergo rapit te species floris, fructus, aut personæ pulchre, noli ea capi: sed mente transfrer ad speciem increatam et immensam, quæ haec omnia pulchra, quasi radios quosdam ex se diffundit,

atque in se omnium florum, fructuum, feminarum, rerum omnium, immodum infinitorum possibilium quos creare potest, pulchritudinem eminenter continet et complectitur. Noli decori creaturas modico et umbratico cor affigere, ut verum et immensus decorum perdas : noli cum cane Aësopico umbram carnis sequi, ut ipsam carnem tibi simas excidere : noli gutta inhibere, ut fontem, et pelagus bonorum amittas, ut pro gutta mellis recipias mare felis; sed ama bonum unum, bonum verum in quo sunt bona omnia, pulchrum unum, in quo sunt pulchra omnia. Die tibi, dic Deo : Deus meus, amor meus. Quid enim mihi est in celo, et à te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum.

DE OPERE QUARTÆ DIEI.

Vers. 44. —FIANT LUMINARIA IN FIRMAMENTO. Quares quomodo hoc sit factum? Nota primò, firmamentum hic, non tantum significare octavum coelum stellatum, sed sum pro expansione omnium orbium coelestium. Hos enim omnes significat hebreum *rakha*; et Moses loquitur radiibus Hebreis, qui hos orbes non dicitur distinguere.

Nota secundò. Licet Plato asserat, et S. August. Enchir. cap. 58 dubitet an sol, luna, et astra sint animata, et utantur ratione; ac consequenter an aliquando beunda sint cum hominibus et angelis, tamecum certum est iam, nec colos esse rationales, nec astra. Nec enim celi, vel astra habent corpus organicum. Rursum, motus eorum circulares, perpetuas et naturalis arguit principium illius motus, puta naturam eorum non esse liberam, nec rationalem, sed innatam, et planè determinatam. Ita S. Hieron. in Isaiae 45 et passim Patres et Philosophi. Errat ergo Philo more suo platonizans lib. de Opificio sex dierum, docens stellas esse animalia intelligentia. Rursum errat Philastrius dum ait : Est haeresis asserent stellas esse ceelo infixas; cum certum sit eas in celo moveri, sicut ave mouentur in aere, et sicut pisces natant in aqua. Contrarium enim docent omnes Astronomi, scilicet stellas suo orbi affixas esse, cum eae moveri et rotari, puta cum ceelo octavo, sive sidereo.

Suppono tertio, verius esse stellas et planetas omnes specie distinguiri a suis orbibus sive celi; rursum stellas a planetis, denique planetas ab invicem specie distinguiri. Probatur id primò, quia stelle et planetæ fulgent mira luce quæ carent orbis. Rursum, stelle ex se suâ natura sunt lucide. Negat hoc Albertus, Avicenna, Beda et Plinius l. 2, c. 6, sed asservant alii passim, et patet experientia; nam nullum unquam in eis cernitur, etiam per dioptriam, lumen incrementum, aut decrementum, sive ad solen accedant, sive ab eo recedant. Secundo et potius, quia distantia sole longissimè, scilicet 76 milionibus milliarium, ut mox dieam : quoniam autem non potest se porrigeret vis et lumen solis. Stellæ dico; nam clarum est lumen non lucere ex se, sed a sole lumen suum mutuari transfer ad speciem increatam et immensam, quæ haec omnia pulchra, quasi radios quosdam ex se diffundit,

ad solem magis minisque accedit, corniculari, crescere et decrescere, ego ipse cum multis aliis Mathematicis peritis, per dioptriam claram perspexi. Tertio, idem patet ex eo quid stellarum miros habeant influxus, et miram vim in hac inferiora, quam non habent ipsi orbes. Planetæ etiam proprios motus habent, vires, influxus in terram et mare, eosque admirabiles, maximè luna; ergo pariter naturam ab aliis diversam habent; ita Molina et alii.

Dixi stellas à planetis differre specie: nam verisimile est multas stellas esse ejusdem speciei, scilicet illas, quæ habent eundem modum influendi in hac inferiora: namque diversum habent, diverse sunt speciei. Hie diversus modus colligitur ex diversitate effectus, scicet, humiditatibus, caliditatibus, frigiditatibus, quem producent interr. Nunc

Dico: Deus hoc quo partem unam celorum rarefecit, ut condensaret aliam, scilicet lucidam illum quæ primo die creata est, et dicta est lux, v. 5 in eamque ita condensata, expulsa colorum formam, novam formam solis, luna et stellarum induxit: simil modo ex aquis die secundi fecit firmamentum. Errant ergo veteres quæ stellæ putabantur ex igne productas, esque igneas; unde Poeta:

*Vos, aterni ignes, et non violabile numen,
Testor.*

Errant et illi qui astra secundum substantiam productæ esse censem primo die; hoc verò die quartu tantum accidentibus, puta luce, motu proprio, et virtute influendi in hac inferiora dotata esse.

Pari modo Molina et alii probabilitatem putant, quid in resurrectione Deus producit alium solem, qui habebit aliam formam, non tantum accidentalē, sed et substantiale, utpote qui naturaliter septuplum plus lucis habitudinis sit, quām habeat hic noster, ut ait Isaiae c. 50, v. 26.

Rursum, hoc die quartu Deus planetarum orbes dividit in suas partes, seu circulos eccentricos, concentricos, epiclycos, si quis sunt hujusmodi; nam Aristot. hec omnino negat, dum docet planetas tantum moveri motu orbis; astrologi verò, et Scotus cum suis, ea statuant, quia docent planetas in suo orbe per se moveri secundum eccentricos et epiclycos.

Nota. Ex dictis in opere tertiae diei, sequitur solem productum esse in principio Arieti. Ita Beda: tunc enim vero incipit. Lunam vero productam esse in opposito soli, puta in principio Librae. Erat ergo tunc plenilunum, ut definit Concil. Palest. suprà; ita ut sol unum hemispherium, luna alterum illuminaret. Ita Molina et alii. Unde sequitur.

LUMINARIA, Hebreice *meorā* à rad. *or*, id est, lux. Sol ergo est *or*. Inde Aegypti solem et annum qui cursu solis describitur vocavit Horum. Inde annus à Grecis dictus est *éos*. Inde *éos* vocatur anni pars quilibet primaria, puta Ver. Autumnus, *éastas*, Hiems. Inde per synecdochem, ac tandem diei notam partem, quam vulgo horum vocamus, *éos* nuncuparunt. Vide ut horæ etymon ab Hebreis ad Aegyptos, ab his ad Graecos et Latinos manarit. Ita

ex P. Clavio noster Voellus lib. 4 de Horolog. cap. 1, in Scholii; ab Hebreis enim ad Aegyptios et Graecos produxit omnis scientia, presertim Mathesis, ac horarum ratio, et horologiorum fabrica. Unde primum horologium quod in historiis tam sacris quam profanis reperimus, fuit Achaz, patri Ezechie regis Iuda, Isaiae 33, v. 8. Ita P. Clavius l. 4, Gnomon. p. 7.

DIVIDANT DIEM AC NOCTEM, q. d.: Discriminent diem ac noctem; itaque hominibus et animalibus mox producuntur vices laboris et quietis indicent. Rursum dividant diem et noctem, quoad sicutum, et quoad hemisphaerium, ut dum in uno est sol et dies, in altero sit nox et luna que praest nocti. Ex hoc enim loco videtur quid luna creata sit in opposito soli, ut diuersitas, scicet, humiditatibus, calidatis, frigidatis, quem producent interr. Nunc

Symbolice, Innocentius III. Pont. scribes ad imper. Constantinop. l. 1 decreta. tit. 55, c. Solida: Ad firmamentum, inquit, celi, id est, universali Ecclesie, fecit Deus duo luminaria magna, id est, duas instanti dignitates, quæ sunt pontificis auctoritas, et regalis potestes. Sed illa quæ praest diebus, id est, spiritualis, major est; quæ vero carnalibus: minor ut quanta est inter solem et lunam, tanta inter Pontifices et reges differentia cognoscatur.

ET SINT IN SIGNA, ET TEMPORA, ET DIES, ET ANNO. In signa, non prognostica astrologie judicarie, bac enim damnat Scriptura Isa. 42, 25. Jerem. 10, v. 2.

Licet enim astræ influendo corporum dispositionem et complexionem immutent, inde animam eodem inclinet, non tamen eam necessitant. Esto enim anima sapientia corporis complexionem imletur; unde cholericos experimur esse iracundos; sanguineos esse benignos; melancholicos esse suspicaces, timidos, pusillanimos et invidios; phlegmaticos esse pigros: voluntas tamen, maximè per gratiam adjuta, et corpori et passionibus hisce dominatur; unde multos cholericos videmus mansuetos, et melancholicos benignos et magnanimos. Sapiens ergo dominabitur astris.

Itaque sol et luna sint in signa, scilicet prognostica pluviae, serenitatis, gelu, ventorum, etc.; v. g., luna tertio die a novilunio tenuis sit, porro nitore fulget, serenitatem constantem preueniat: sin crassa cornibus subrubicundâ cernatur, aut impetuosa et immobili è rubiis aquam, aut horridam austri concitacionem minatur, ait S. Basil. Homil. 6 Hexam. Et inferius: Luna, inquit, humectat, ut patet tum in iis qui sunt dum luna dormiunt, quorum capita ultra modum humore replentur; tum in cerebris animalium et medullis arborum, quæ cum lunâ augentur et crescent. Rursum luna causat et signat maris aestus et reciprocationes. Secundò, sint in signa serendi, plantandi, metendi, navigandi, vindemianti, etc. Tertiò et proprie, sint in signa dicunt, mensum et annorum, ut sit hendiadys, vel in signa et tempora, id est, in signa temporales, vel in signa temporum: in signa et dies id est, in signa dierum: in signa et annos, id est, in signa annorum, annus enim describitur uno solis cursu, et una gyratione per Zodiacum, duodecim vero

mebus, dum scilicet luna duodecimes percurrit. Zodiaco.
Nota, per tempora hic intelligi ver, aestatem, hys-
tem, et autumnum. Item tempora siccata, calida, hu-
mida, procellosa, salubria, morbida: horum enim
signa et causa sunt sol et luna. Symbolice et analog-
ice, S. Aug. l. 15 de Gen. ad lit. c. 15, in opere im-
perfecto: « Sint, sit, in signa et tempora, id est, di-
scriminatis tempora, quæ intervallorum distinctione,
eternitatem incommutabilem supra se manere signi-
ficent. Signum enim, et quasi vestigium eternitatis
videtur esse hoc nostrum tempus, ut hinc discamus
a signo ad signatum, puta à tempore ad eternitatem
ascendere, dicoque cum B. Ignatio: « Quomodo
sordet mihi terra cum cœcum aspicio! » Verè S. Au-
gust. in Sent. 270: « Inter temporalia, inquit, et
eterna hoc interest, quod temporalia plus diliguntur,
antequam habeantur, vilescent autem cum adven-
tum, non enim salat annum, nisi incurruptum
gaudi vera et certa eternitas; eternum vero arduen-
tius diligitur aedēptum quam desideratum; quia ibi
plus adeptura est charitas, quam fidis credidit, vel
spes desideravit. » Vnde S. Augustini līcē de re col-
loquia cum matre Monicā lib. 9. Confess. c. 10.

ET DIES ET ANNI, q. d.: Ubi sol, luna, et stellæ sint
indices diuinorum omnium naturalium, artificialium, fe-
storum, criticorum, forensium et mundinorum; anno-
rum quoque lunarium, solarium, magnorū, criticum, et
de quibus Censorin. et Macrob. Ita Basil.
et Theodor.

Vers 16. — FECTIGE DUO LUMINARIA MAGNA, solem
et lunam. Lice enim luna omnibus astris, excepto
Mercurio, sit minor, tamen quia citima est, et vicissima
terre, hinc videtur omnibus aliis esse major,
sequē ac sol. Rursus luna major quā ceterae stelle
poterit efficiacit et virtute agendi in haec inferiora; ita
S. Chrysost. his hom. 6. Phererius et P. Clavus in
Sphaer. c. 1, ubi docet terram in se contineat luna
magnitude trigesiges novies, ita ut luna tantum sit
trigesima nona pars terra. Acūl Secundus phili-
osphorus interrogatus ab Adriano imp.: Quid est sol? res-
pondit: Celi oculus, splendor sine occasu, dei ornatus,
horarum distributor. Quid luna? Celi purpura, solis
emula, maleficiorū inimica, solamen iter agentium,
presagium tempestatum. Epictetus vero eidem Adriano:
Luna, inquit, est dies noctis, noctis oculus; stelle
sunt fata hominum. Sed hoc ultimum est error Ge-
nealiacorum. Praedicti Eccles. c. 45. 5: Sol, ait,
est vas, id est, organum, instrumentum admirabile Ex-
celsi, exirent montes, radios ignes exsufflans. Luna,
extensis temporis, et signum ari, à lundi signum diei festi.
Vas castorum in excelso, in firmamento celi resplendi-
gens gloriosus; q. d.: Stelle que in firmamento re-
splendent, sunt quasi vasa, id est, arma bellica Dei.
Species celi gloria stellarum, mundum illuminans in
excelsis Dominus. In verbis sancti stabunt ad judicium;
q. d.: Stelle Dei præcepta stant ad judicium, hoc est,
ad ejus sententiam et imperium exequendum: et non
deficient in vigiliis suis. Stelle enim, quasi militis et
vigiles Dei, perpetuō exebunt intenti ad omnem ejus

natum. Symbol. S. Basil, homil. 6 Hexam. Luna, in-
quit, que perpetuō vel crescit, vel decrescit, incon-
stantia est symbolum, notaque omnes res humanae,
ut pote illi subsunt, quibusque illa dominatur, in
perpetuā esse mutatione: sol vero semper sibi simili
mentis constantis est symbolum. Hinc Sapiens: Homo
sanctus, ait, in sapientia manet sicut sol; nam statu-
sicut luna mutatur. Eccl. 27, 12.

ET STELLAS, ut scilicet una cum luna nocti presint,
canique illuminent, Psal. 155. v. 7. Docent Astronomi
mirantur esse altitudinem, ac consequenter magnitudi-
nem orbium celestium et stellarum, ita ut terra, que
ceutrum mundi, solum respectu sit instar puncti: pe-
rinde ut omnes opes, bona, et gaudia terrena, sunt
quasi punctum, respectu celestium, seque habent ut
gutta ad totum mare.

Nam primò docent solem in se contineat totam
quantitatem terre centies et sexagesies, eumque à
terris distare quatuor millionibus milliarum sive leu-
carum (millionem voto decies centena milia) et amplius;
minutas euim numerorum hic omittit. Unde
sequitur tantam esse peripheriam et vastitudinem orbita-
solaris, ut sol 24 horas suum circumulum peragens, una
horā percurrat 11400000 milliarum, hoc est, unum
millionem, et centum quadraginta milia milliarum:
quod tantumdem est ac si terre ambitum, et gyrum
circumcurrentem trigesiges: ambitus enim convexi
celi solis, continet 27 milliones et trecenta sexagesies
milia milliarum, que si in 24 horas dividias, inveneris
numerum jam dictum, et pauli amplius. Conjoce ex
his quantis sit Deus. Nam sol et luna collati ad crea-
torem, cœlicis et fornitione ratione obtinet, ait S.
Basil. hom. 6 Hexam. Secundò, docent terram à con-
cavo firmamentis, sive celi octavi et stellati, distare
ocitoginta millionibus cum medi milliarum: spissi-
tudinem vero firmamentis esse eamdem, scilicet octo-
ginta millionibus; quanta ergo debet esse distanda,
spissitudi et ampliitudi celi non, decimi, et si qui
aliis sunt superiores, ac maximē celi empyrei?

Unde tertio docent quodlibet punctum sequentia-
lia, et quoniam stellæ in aequinoctiali positum singulis
horis conficer 42 milliones milliarum, et insuper
tertiam partem, millionis, hoc est, tantum quantum
eques 40 millionibus quotidie conficiens posset 2904 anni
conficer: rursus tantum quantum sit quis una horā lis
millies ambitum terre obiret et circumcurrenter. Longe
plus spati conficit, ideoque longe velocitas est nonum
celum, se magis decimus, quod putari esse primum
mobile; cogita ergo quā velox sit tempus. Est enim
tempus tam velox, quam est ipse motus primi mobilis,
eius est mensura; tempus ergo longe velocius fertur
quam sagitta, aut quam globus tormento aeneo ejacu-
latus. Hic enim globus egeret 40 diebus ad hoc, ut to-
tum terræ ambitum obiret, quem stella, ut dixi, una
horā obit his millies; instar ergo fulguris volat irrevo-
cable tempus. Instar fulguris cum tempore ferimus et ra-
pimur ad eternitatem. Tu dormis, inquit S. Ambro-
sius in Psal. 4, et tempus tuum non dormit, sed
ambulat, et nō volat. Inde quartò deducunt: si lapsi

molaris inciperet cadere à convexo firmamento versus
terrā, opus haberet nonaginta annis ut decidaret et
terrā attingeret, etiamque singulis horis cadere et
descenderet ad ducentā milliaria: naturaliter enim
non posset amplius spati transmittere. Divide enim
160 milliones (tot enim sunt à terrā ad convexum fir-
mantum) in dies et annos, dando cuique hora 200
milliaria, et invenies rem ita se habere.

Quinto, docent stellam esse in firmamento,
que non decies octies major sit tota globo terre: quia
vero ex Ptolomei et Alphragani sententiā, stellas
omnes dividunt in sex magnitudinum differentias:
stellæ, inquit, prime et summa magnitudinis sunt
numero 71, quarum quilibet major est tota terra centi-
ties et septies. Secundæ magnitudinis sunt numero 45
quarum quilibet major est terra nonages. Tertia
magnitudinis sunt 208 quarum quilibet major est
terra septuages et bis. Quartæ magnitudinis sunt 264
quarum quilibet major est terra quinquegesies qua-
ter. Quintæ magnitudinis sunt 217 quarum quilibet
major est terra trigesiges et quinque. Sextæ et infina-
magnitudinis sunt 249 quarum quilibet major est
terra octies et octies. Sexto docent quod multo minor
sit proportio totius mundi, intra concavum firmamento
contenti, ad complexum coeli empiri, quā sit globi
terre ad ipsum firmamentum.

Sepimò, ex dictis deducunt quod, si his mille annis
vivere, et quotidie directe in alium ascenderet ad cen-
tum milliaria, idque continuo, post his mille annos nec-
dum perveniret ad concavum firmamentum (bis milles enim
annis hoc modo tantum conforecer 75 milliones milliarum,
hie autem sunt 80). Rursus post alios his mille annos
tantummodo quotidiū ascendens, non perveniret à
concavo ad convexum firmamentum: denique post quatuor
et plura annorum milia, tantummodo quotidiū ascen-
dens, non perveniret à convexo firmamento ad celum
empyreum. Hec et plura docet P. Clavus in Sphaer.
c. 1. Si ergo in stela aliquā, et mulito magis si in celo
empyreio consideremus, et despiceremus, hec terra
globum an non exclameremus? Hoc est punctum,
qui inhabitat illi Ade, quasi formice: hoc est punctum,
quod inter mortales ferro et igni dividitur. O quām
angostū sunt mortalium termini! O quām angostū sunt
mortaliū animi! *O Israel, quām magna est domus
Dei, et ingens locus possessionis ejus!* Despicere ergo pun-
ctum hoc, et suspicere celi ambitum, quidquid hic vides
exiguum est et breve; immensa et aeterna cogita. Quis
haec cogitans tam amens sit et stolidus, ut inquit pun-
ctum ex hoc punto, puta agrum, domum, aut rem
aliam proxime per vim aut frandem subprière; itaque
se immensus orbium supernorum spatiis fraudare et
excludere velit? quis punctum terra preferat colorum
immensitati? quis particula terra rubra, vel alba (ne
enim aliud est aurum et argentum) vendit vassissima
et radianissima stellarum palatin? Pauper ergo es?
celum cogita; inforaris? sustine, sic itur ad astrā;
contemnaris, ridens, persecutionem patris? tolera,
sic itur ad astrā; gemit, stude, labora, suda modicum,
sic itur ad empyreum.

Ita S. Symphorianus adolescens cùm suo Aureliano
imp. ad martyrium raperetur, mater eum hisce verbis
animavit: *Nate, nate, memento aeternæ vitae, celum su-
spice, et ibi regnandum inture: tibi enim vita non expi-
tur, sed mutatur in melius;* quibus verbis ille accensus,
datis fortier carnifici cervicibus, martyr in celum
evolavit. Ita nostro hoc seculo matrona illa generosa,
fidei causā in Angliā damnata ad mortem horrendam,
ut scilicet saxo acuto incubans, superius imposito gra-
vi pondere premetur, dum vita ei et anima exprime-
retur, alii horrendibus, ipsa leta eyencum canens:
*Tan brevis, inquit, via est quae ducit ad celum: post sex
horas super solēm et lunam evchar, astra pedibus pro-
man, empyreum inib.*

Ita S. Vincentius mente in celum se librans vicit,
inū risus omnia Daciani tormenta, cùmque in equo
sublatu ab eo per ludibrium rogaretur, ubiā esset!
*In sublimi, inquit, unde te potestate terreni, timentem
altior despicio.* Graviora minitanti: *Non minari mihi
videris, respondit, sed quod votis omnibus conciperam
offerre. Igitur cū ungulas, faces, prunas tota corpore
dilatato constanter exciperet, ait: Frustra fatigaris,
Daciane: non potes tam horrenda excogitare tormenta
quām ipse paratus sum sustinere. Carcer, ungula, can-
dentes laminae morsque ipsa, ludus jocisque Christianis
sunt, non tormentum: celum enim cogitab.*

Ita S. Menas *Egyptius* martyr, atrocibus affectus
supplicis dicebat: *Nihil est quod conferri possit, cum
regno celorum: neque enim potest sumus mundus, aqua
lante expensus, nisi comparari anima.*

Ita S. Apronianus cùm ad Sisimionum martyrem vocem
celitū missam audisset, Venite, benedicti Patria mei,
percipite regnum vobis à constitutione mundi paratum;
baptismum petiti, cùmque die martyr factus est quāt
christianus. Symbolice et tropologicē: Firmamentum
est S. Ecclesia, que est firmamentum et columna ve-
ritatis, ut sit Apostolus 1. Timoth. 5, 15 in quo sol
est Christus, luna B. Virgo, stellæ fixæ ceteri Sancti
qui à Christo quasi sole suum lumen participant. Unde
non sunt sicut planetæ, qui solem subinde, medios se
interponunt, nobis abscondunt et tegunt; ac motus ha-
bent vagos retroque redeunt, sed sicut stelle que sem-
per solem id est, Christum reverentur, ostendunt et
predicant, ab eoque se omne sum lumen habere te-
stantur et gloriantur; atque cum Paulo quæ retro sunt
obliviscientes, semper in anteriora directo cursu con-
tendunt. Itaque, primò sicut stelle sunt in celo, ita
Sancti mente et vitâ versantur in cœlis; orant crebro,
ac cum Deo et angelis colloquuntur. Hinc amant secretu-
m, fugient vanis hominum colloquia mondique ille-
cebras. Secundò, stelle licet sint majores tota terra,
tamen parva apparent ob distanciam et celsitudinem,
et quā celsores sunt, cō minores videantur: ita Sancti
sunt humiles, et quā sanctiores, cō humiliores. Hinc
stella docent nos patientiam, ait S. Augustinus in Psal.
95. Nam citans illud Apostoli Philip. 2: *In medio
nationis prave atque perversa, inter quos lucis signa
luminaria in mundo, ait: Quanta de ipsis luminaribus
et luna finguunt homines? et patienter ferunt: Convicta*

funt stellis, quid illa? numquid moventur, aut non excent cursus suos? Quanta de ipsis lunariibus quidam dicunt et ferunt, et tolerant, et non moventur. Quare? quia in celo sunt. Sic et homo qui in natione perversa et tortuosa habet verbum Dei, sicut lumine est fulgens in celo. Sicut ergo stellae ob probra hominum non relinquunt cursum sibi à Deo ordinatum, sic nec justi ob convicia hominum debent relinquere viam virtutis, pietatis et zeli sibi à Deo ostensam et iudicatam. Quare vi plus non pluris facit dictaria sanctorum quam luna facit sannas puerorum, vel latratus canum sibi, dum splendet tota nocte, oblatrarium. Tertiò, stellae docent mentis celsitudinem et immobilitatem in tot adversis et injuriis, ut quasi stelle doceant omnia, tam mala quam bona quae sunt in mundo. Nam, ut ait ibidem Augustinus: Committitur tanta mala, nec deviant desuper stellae fixe in celo, agentes per tractus caelestes, qua illis praestitit et constituit creator ipsius: sic debet Sancti, sed si in celo figurantur corda eorum, si imitentur eum qui dicit: Nostra CONVERSATIO IN CELIS EST. Qui ergo sunt in superis, et de superis cogitant, de ipsis cogitationibus superiorum patientes sunt. Et quidquid in terra committitur si non curant, donec peragant itineria sua: et sicut ferunt quae in aliis sunt, sic ferunt et quae in ipsis sunt, quantum luminaria. Nam qui perdiditer tolerantiam, cecidit de celo. Quartò, stellae lucent totumque orbem nocti illuminant, idque semper equali luce: sic et Sancti in nocte hujus seculi præfulgent, viamque virtutis et iterum in celum verbo et exemplo omnibus ostendunt, idque aequali semper serenitate mentis et virtutis, ac constantia in adversis quam in prosperis. Porro lux stellarum non est sicut lux candele, lucernæ, torde, que sevo, oleo, cerâ alitur eamque depascitur, eaque depastis emoritur. Hinc enim similes sunt, qui virtutib; studiob; respectus carnalis et humanos, ob lucra, etc., v. g., ut laudentur ab hominibus, ut dignitates vel opes assequantur. Max enim, ut hæc cessant, cessat et eorum virtus ac devoitio; Sancti vero lucent semper ut stellæ, quia ex Deo, ipsique Deo lucent: soli enim Deo placere. Deinde honore propagare sagunt. Quintò, lux stellarum est purissima, aquæ ac stellæ: ita Sancti castitatem et puritatem angelicam consecrantur. Hinc sicut in stellis nihil est nubilum, caliginis aut fuscæ, si in Sanctis nulla est melancholia, nulla ira, nulla turbatio, nulla suspicio: quia omnia oculis lucidis et benignis instar stellarum intuentur. Nesciunt quid sit simulatio, fraud, malitia: charitas enim non cogitat malum. Quocirca videtur esse quasi impeccabiles. Sextò lux solis et stellarum est velocissima; in instanti enim spargit et propagat se per totum orbem: ita Sancti veloces sunt ad opera Dei, presertim viri Apostolici, qui per provincias evangelizando discurrunt, quibus recte competit illud Isaia 18, 2: *Ite, angelis veloces, ad gentem convulsam et dilaceratam, ad populum terribilem, post quem non est aliud.* Septimò, lux stellarum est spiritualis; ita spiritualis est Sanctorum sermo, reque ac cogitatio et conversatio. Octavò, lux solis et stellarum, etiamnam cloacæ, fineta, Secundò, quia tam avibus quam piscibus inest levitas

cadavera et sterquilinia illuminet, iis tamen ne vel hilum fedatur vel inficietur: ita Sancti conversantes cum peccatoribus, eorum peccatis non inquinantur, sed potius eos illuminant sibi similes, id est, lucidos et sanctos, efficiunt. Nonò, lux solis et stellarum ita lucent, ut et calefaciat. Unde per eam omnia vivificantur, vegetantur et crescent: ita Sancti alias charitate inflammant, aedœque lucent ut ardent, non verò ardent ut lucent; uti de S. Joanne Baptista ap. Christus: *Illi erat lucerna ardens et lucens, non lucens et ardens, ut rectè observat et explicat S. Bernardus, de S. Joanne Baptista: Est enim, inquit, tantum lucere vanum, tantum ardere parum, ardore et lucere perfectum.* Denique in coelesti gloriâ fulgebunt ut stellæ, uti docet Apost. 1. Corinth. 15, 41; et Daniel e. 12, 3: *Qui, ait, docti ferunt, fulgebunt ut splendor firmamentum, et qui ad justitiam erudit multos, quasi stellæ in perpetuas aeternitatem.* Accedit, quod stellæ suam substantiam et quantitatem vastissimum abscondunt, tantumque lucem exiguum instar scintillæ ostendunt, per quam apparent et emicunt: ita Sancti se suasque virtutes, gratiam et gloriam hominibus abscondunt et laterè appetunt. Quocirca, opera eorum lucent quidem, ut ex ipsis homines glorificent Deum, sed ex modo ut ipsi lucem operum ostendant, personam vero suam à qua manat opus, quantum in se est, occultent: veleant enim non videri, ut homines videntes opus, nec videntes auctorem, illud in Deum, qui est Pater omnium lumen, referant, eumque celebrant.

DE OPERE QUINTÆ DIEI.

VERS. 20.—PRODUCANT AQUE REPTILE ET VOLATILE. Queres an aves ex aquâ sint factæ? Cajetan. et Catharin. negant, putantque aves ex terra esse factæ: id enim asserit videtur c. 2, v. 19, et hoc versus Hebreo insinuant solos pisces ex aquâ esse productos: sic enim habent ad verbum: *Producant aquæ reptile (scilicet pisces) et volatile volet super terram.* Verum communis SS. Hieronymi, Augustini, Cyrilli, Damasceni, aliquarumque Patrum (preceptor Rupert.) quo citat Pererius, sententia est, tam aves, quam pisces ex aquâ, quasi materiâ, esse productæ: hoc enim clarè docet tam nostra versio quam Septuag. et Chaldaeus, qui omnes in Hebreo intelligunt relatum ascer, id est, quod (hoc enim Hebrei est familiariter) quasi dicatur: *Producant aquæ reptile et volatile, quod volet super terram.* Ad locum Genes. 2, v. 19, ibi respondebo. Hinc Philo aves piscum cognatas.

Dices: Aves et pisces sunt omnino disparest et dissimiles: ergo non videtur ex aquâ factæ esse aves, sed tantum pisces. Respondeo: Neg. antecedens: nam magna est avium et piscium cognatio, ut rectè docet S. Ambros. I. Hexam. cap. 14. Primo, quia aqua, qui est locus piscium, et aer, qui est locus avium, sunt elementa vicina et cognata; utrumque enim est diaphanum, humidum, molle, subtile, agitabile. Hinc aer facile in aquam vertitur, et vice versa in aeren. Secundo, quia tam avibus quam piscibus inest levitas

COMMENTARIUM.

et agilitas. Quod enim avibus sunt ale, hoc pisibus sunt pinnæ et squame. Hinc et tam aves, quam pisces non habent vesicæ, nec lac, nec mammas, nec fetus, quæ volatū aut natationē impeditant. Tertiò, similis utriusque est motus: quod enim natatus est pisculus, hoc volatū est avibus, ita ut pisces videantur esse aves aquatiles, et vice versa videantur esse pisces aeri. Rursum tam aves quam pisces caudâ sumit et cursum dirigunt, ita ut ab illis, ac nominati milvo, navigandi artem homines didicisse videantur, inquit Plinius lib. 10, cap. 10. Quartò, multe aves sunt aquatiles, et cygni, anseres, anates, fulicae, merguli, alcyonæ.

Denique respondet S. Augustinus lib. 5 de Genes. ad lit. cap. 5; et S. Thomas I p., q. 71, art. 1, pisces factos esse ex aquâ densiori; aves vero ex aquâ subtiliori, que ad aerem accedit, vel in vaporem et nubem est versa; sunt enim aves temperamenti aëri magis quam aquæ.

PRODUCANT. Hebrei cœs̄reis, id est, ebullient et securantur in magnâ copiâ. Est hoc verbum proprium pisculi et ranis, eorumque miram fecunditatem, propagationem et prolificationem significat. Hinc ob humoris luxuriam, pisces indolentes et stolidi sunt, nec ab homine domari aut cicurari possunt, ait S. Basil. hom. 7 Hexam.: *Rursus nihil, sit, in piscium genere, dimidiæ parte dentibus est armatum, ut vos, vel oris: neque enim quisquam pisces ruminat, nisi scarus solus, sed omnes acutissimum frequentiam dentium acie communiantur, ne, si mora in molendo traheretur, diffiseret alimentum per humorum. Quidam fimo, quidam algæ vescuntur: alter alterum devorat, et minor est essa majoris, et sepius uterque alterius tertii præda sit.* Sic apud homines potenter spoliat deliriunt, et hic rursum potenter fit preda. Cancer ut ostre carnes devoret, cum conchanum ad solem pandit, in illam lapillum inicit, ut claudi nequeat, itaque eam invadit et depascitur. Cancer sunt astuti foræ et raptores. Polypus cuicunque saxo adhaeret, illius colorem induit, itaque pisces ad se quasi ad saxum adnataentes, capit et vorat. Polypi sunt hypocrite, qui cum castis fingunt se castos, cum spuriis spurcos, cum gulosis gulosos, etc., ac prouide rapaces lupos eos vocat Christus. Pisces dicunt: *Eamus ad Aquilonem mare. Illa enim cetera aquaribus aqua dulcior est, propterea quod modicum in eo marum sol trahens, non universum suis exhaustit radios quod poterentur est.* Animantes enim aquæ dulcioris humeribus gaudent: unde fit ut ad flaminam sapientiæ adnatent, longèque à mari discendent. Hæc de causa Pontum ipsi finibus aquariorum ceteris anteponunt, ut ad effundendos nutritiosos fetus magis idoneum. Disce, o homo, à pisculis providentiam, ut tibi de his que saluti conductæ propicias; *Herinaceus marinus cum ventorum perturbationem præsenterit, calculum, hanc exiguum subit, sub ipso tanquam sub anchorâ scipsum stabilens.* Id ubi nautici conspicunt, futuram tempestatem presagiant. Vipera murena marina nuptias expebit, et sibilo suam significat presagianam. Illa autem accurrit, et cotum venenato. Quid haec mea ratio portendit? sive asper, sive temulentus est marinus, perferat illum uxor. Sed et

S. S. V.

maritus audiat: *vipera virus ob nuptiarum veneracionem evomit; tu duritiam animi, tu feritatem, tu crudelitatem ob unionis reverentiam non deponis?* An exemplum viperæ nobis et alio modo prodest? Adulterium naturæ quoddam est, vipera murenaque complexus. Discant ergo illi qui alienis insidiuntur nuptias, cuinam repili sint similes. Miratur deinde S. Basil. quomodo in salem cogatur maris aqua, quomodo corallium in mari sit herba, sed cum in aeren essetur in lapidem transgetetur, quomodo vilissimi ostreis pretiosos uniones natura impresserit, quomodo ex purpureo vili pisciculi sanguine fiat color purpureus, quo vestes regum tinguntur, quomodo remora pisciculus, si carinis adhaeret, naves, etiam valido vento actas, sistat et immobiles reddat. Hæc omnia S. Basil. homil. 7. Idem de remora tradit Plinius, Plutarch., Adrovandus, qui causam refutat in arcana qualitatem remora à naturâ inditam, qualis est in magnetæ ad attrahendum ferrum et indiunctum polum. Porrò illi omnibus S. Basil. docet primò, admirari Dei potentiam, sapientiam et misericordiam in hoc maris theatro, cùm pro tot beneficis, quod sunt pisces, immo guttae in mari, jugiter gratias agere. Secundò, ostendit quomodo debemus ex pisculis, aliisque animalibus et creaturis singulis, congrua cicerere documenta vite: omnesque carum doles et actiones accommodare ad informationem morum: in speculum enim, æquæ ac in auxilium à Deo date sunt homini. Haec Sapiens Proverb. 6, 6, hominem inerter amandat ad formicas: *Vade, ait, ad formicas, o piger, et considera vias ejus, et disc sapientiam, que cùm non habeat dicem, nec præceptorem, nec principem, parat in astante cibis sibi, et congregat in messe quod comedat.*

REPTILE ANIMA VIVENTIS. Id est, reptile habens animalia viventia, sive animalia sentientia. Reptilia vocat pisces, quia pisces non habent pedes, sed ventre incubant aquas, quasi repentes et remigantes. Ad pisces refer amplius, ut sunt fibri, lotra, hippopotami; quia pedes habent, iis tamen non gradientes, dum sunt in aqua, sed illi natando utuntur pro remigo.

VERS. 21.—CREAVITQUE DEUS CETERA GRANDIA. Cete Hebreiæ vocantur tanninum, quod significat dracones, et omnia ingentia animalia, tam terrestria quam aquatica, ut sunt balænae, que sunt quasi dracones aquatici. Si nomen Cete commune est omnibus magnis et cetaceis pisculis, ut docet Cesnerus. Judæi per tannim accipiunt balenes maximas, quas duas tantum creatas esse dicunt (ne si plures essent, pisces omnes devorarent, et naves omnes absorberent), scilicet feminam, quam Deus occidit, et reservat eam justis ad epulandum tempore Messie; et masculum, quam reservat, ut cum eo certis horis ludat singulis diebus, iuxta illud Psal. 105: *Draco iste quem formasti ad illudendum ei, hebr., ut ludas cum eo.* Hanc fabellam sumpropter ex lib. 4 Esdræ cap. 6, uti refert Lyran. et Abul. Hæc sunt delicia istorum sapientum. Nota tæc grandia: cùm enim super aquas dorsum effundat, ingens insulae speciem exhibent, inquit S. Basilus et Theodoretes.

ET OMNEM ANIMAM VIVENTEM ATQUE MOTABILEM. Atque

hic significat, *id est*, quasi dicat: Creavit Deus omne animal vivens in aquis, quod scilicet in se habet principium motus, puta animam, quā se suop̄ nūtu mōve potest, idēquā vocatur motabile.

VERS. 22.—BENEDIXIT EIS DICENS: CRESCEITE ET MULTIPLICAMINI. Dei benedicere est benefacere; beneficē autem Deus piscibus et avibus, hoc ipso, quo tribuit eis appetitum, vim et potentiam generandi sibi simile, ut cūm non possint ipsa in se individua semper manere, sed moriantur, maneat saltem in prolixi, et ita quasi aeternitatem quandam habeant: omnis enim res appetit per conservationem et aeternitatem. Unde explicans subdit: Crescite, non magnitudine (hancen enim justam, in primā suā creatione accepert), sed, ut hebreice est, *phera*, *id est*, fructificare, sive prolificare, ut numero multiplicamini; et vos, *o pisces*, replete aquas. Major est enim figura piscium quam avium; et avium major est quam sit animalium terrestrium; quia, ut at Aristot. lib. 5 de Generat. animal. cap. 11, humor quo abundant pisces, naturam habet ad efflendum efformandumque habiliorem quam terra. Ade, pisces et aves generare per ova, quae facilis in matre multiplicantur quam foetus, quos utero gestant terrestria. Unde avibus et piscibus benedixisse Deus legitur, non autem terrestribus: licet, ut recte advertit S. August. lib. 5 de Genes. ad litt. cap. 15, quod in ovo expressum est, in altero similē aquē subintelligi debeat. Homini vero legitur Deus benedixisse, tum quia homo dominus est animalium omnium, tum quia homo per omnes terrae provincias disseminandus erat, cūm extera animalia, alia alias terrae naturaliter non sustineant.

Dices: Phoenix avis est unica in mundo: ergo in ēa non est verum *et crescere et multiplicamini*. Respondere ad antecedens, phoenicem existere multi veterum, non tam ex certa scientia, quam ex communī rumore asseruerunt. Verum posteriores philosophi et physici, qui de avibus exacte scripserunt, inter quos ultimus et excelsissimus est Ulysses, Aldrovandus, phoenicem pro fabula habent, cumque non existere, nec unquam extitisse multa demonstrant. Phoenix ergo avis est, non vera, sed symbolica, ut ostendam, cap. 7, vers. 2.

S. Basil. hom. 8 Hexam. et ex eo S. Ambr. lib. 5 Hexam. describit et miratur, primō, apum industriam in favis construandam, melle legendō, disponendō, tūtando, etc. Secundo, gruam excubias, quas noctu vivissim agunt, ut extera dormientes obent et custodiānt. Exacto enim tempore definito, illa quae exercitabat emiso clangore sae ad sonnum componit, alia verò succedit, et quam accepit, extera reddit excubando securitatem. Volant certo ordine quasi acie instrūcta: una velut dux præsit, que stat tempore munere suo perfuncta, ad totius agminis terga se verit, et dicundū munus ei quo proxime sequitur. Terti, mores eiconiarum, que stat tempore advolant et avolant; eas deducunt cornices, et contra alias aves tutantur. Signum præstite tutile est, quod cornices cum vulneribus redeunt. Rursum eiconiae suos paren-

tes senescentes, pennis propriis circumdatos fovent, vicuum lante subministrant, et utrinque suis eos sublevant alii. *Hec est vectura pietatis*, ait S. Ambros. Quartō, nemo suam paupertatem deploret, si considerē hirundinem, que pro compingendo nido stramenta ore legit, perfectique: lutum autem cūm defere nequeat pedibus (utpote quos adeo brevis parvusque habet, ut nullus habere videatur; idēquā vi consistere, sed ferre volare cernitur) extremities pennarum aquae madefacta, mox pulvere sese involvens, hoc pacto sibi lutum efformat, quo nidiū compaginat, ibique positis ovis pullas excludit: quorum si quispiam purgiter oculos, adhuc herba chelidonia rursum eos oculare novit. Quintō, ait, aledo juxta littus maris mediā ferre hieme, cūm savient venti et procœlia, ova ponit, tūmque illici silent, et soporiant venti et procœlia, ac aquora placant per septem totos dies, quibus ovis incubat, pullosque excludit aledo, ac deinde succedit ali septem sereni dies, quibus pullos emittit. Unde nautes secūrē tunc navigant. Hinc et poeta dicit transversis et serenos, vocant aleyconios. Aledo docet nos sperare in Deo; si enim ipse tantum serenitatem praestat uni avicula, quid non præstabat homini se invocanti? Sextō, turtur mortuus compare nulli alteri se jungens, docet viduas manere castas, nec ad alterius viri aspirare conubium. Septimō, aquila in pullis dura, eos mox deserit, imò subinde nido exsturbat: hinc symbolum est parentum in filios suos crudelium. Ex adverso, benigni in filios, sunt similes eoturcūnus, que suos pullos jam volantes contumitant, eisque aliquandiu alimoniam supeditant. Octavō, vultures longevo (plerumque enim centenos annos vivunt) prædicti sunt animalia perfecta, que omnia communī natura lege, utroque sex gaudent, eoque generant et se propagant, ut extera aves. Insuper vultures valent odorato, et cadavera a cœntis miliaribus, imò trans mare sita olfactiū, ad eaque advolant: qui et videntur cades præsgire; unde magnis gregibus sequuntur exercitus et castra. Non, verò spētulio quadrupes est, et tamen alata, quasi avis: unde parit animal, ut quadrupes; et alas habet, non pennis distinctas, sed continuas instar membranae coriaceae. His et noctuis similes sunt qui sapient in reluis vanis, non veris et solidis: instar enim noctue, acies eorum sole illecentes hebetatur, aciū verò ipsa umbrā et caligine. Decimō, gallus exhibetur mōte exiat, ut ad opera confidencia consurgat, acīa inclamantis voce, cantuque suo solem adhuc ē longā quo advenientem predicas, cumque viatoribus mōte evigilans, et ad suos labores ac messem agricolas edu-

cens adibus. Undicimō, pervigil est anser et acutissimus ad ea sentienda que exteros latent. Unde olim Romæ exteros Capitolium contra Gallos hostes irreperentes, suis clamoribus custodes dormientes excitando, tutata sunt. Quocirca S. Ambros. lib. 5 Hexam. c. 15:

Merito, ait, illis (anseribus), Roma, debes quid regnas. Dii tui dormiebat, et vigilabant exteros. Ideo illi diebus anseri sacrificas, non Jovi. Cedunt enim dii vestri exteros, à quibus sciunt se esse defensos, ne et ipsi ab hoste caperentur. Duodecimō, exercitus locustorum sub una tessera, in subline universis sinuā elatus, castris toto latē positis agro, non ante fructus depascit quā ipsi id sit a Deo concessum, et quasi mandatum. Suggerit Deus remedium. Illud est seleucus avis, que turnatim advolans locustas devorat. Insper quis quālique est modus canendi cicadas?

Merito magis incubit cantu, aeris trahitione, que fit cūm pectus expanditur, sonum elicēns. Decimotertio, insecta (ut apes, vespe) ita dicta, quād undique scissuras quasdam, sive incisuras ostendunt, pulmone carent, idēque non respirant, sed totis corporis sui partibus aere nutritiuntur. Quapropter si olivo, id est, oleo ex olivis expresso fuerint madefacta, occlusis meatus percussi aceto protinus asperseri ex reclusis foraminibus reviviscunt. Decimoquarto, anates, anseres et aliae aves quā natant, pedes habent non diflosos, sed continuos, et instar membrane expansos, ut commodius fluitare et natare possint. Cynus longo collo in profundam aquam immisso, piscariam exercens, pisces venatur. Decimquinto, resurrectionis argumentum et typus sunt homines. In his enim primum ex semine enascitur vermiculus, ex hoc fit crux, ex crux bombyx, qui foliis mori se implet, ac plenus net filia hyssi, que ex viscerebus suis educit, factaque glomo illi se includens immitur, ac eo evoluto reviviscit, conceptusque aliis fit papilio, et relicto in glomo semine avolat. Hec Basil. Addit. avec mirè canoras, psittacum, merulam, regulum, et maximè philemonam, quae pusilla non aliud esse videtur quam vox, imò musica, de qua S. Ambros. lib. 5 Hexam. cap. 12: *Unde mihi, ait, vocem psittaci, dulcedinemque merularum? utinam saltet lucina canat, quae dormiente sonum exicit.* Ea enim avis singulare solum dii surges exortum, et effusione dūculo deferre latitum. Idem cap. 5: *Quomodo, ait, fuitice, que marino detrahant profundo, refugientes quam pressensis comonitatem maris, in vado iuditis? Ipsi ordea quo paludibus invenire consuevit, notas desertus imbreques formidas, supra nubes volat, ut procellas nubium sentire non possit.*

DE OPERE SEXTÆ DIEI.

Sexta dies dedit incolas terre, sicut quinta dedit incolas aquae et aeri. Igū vero nulli incolae sunt dati; nam nec salamandram, nec aliud animal in igne vivere aut durare posse doct Galenus lib. 5 de Temperamentis, et Dioscord. lib. 2, c. 56, ubi Mathiolus ait se idipsum expertum esse, ac multas salamandas in ignem concrecisse, que brevi consumptae sunt. Si pyrausta sive lamprides, que paulo maiores sunt mu-

scis, tantum ad breve tempus vivunt in igne; nam in fornacibus xeraris nascuntur in Cypro, in iisque per ignem satiunt et ambulant, et mox à flamme avolantes emoriuntur, uti testatur Aristoteles lib. 5 Histor. anim. cap. 19.

Vers. 24.—PRODUCAT TERRA ANIMAM VIVENTEM. Animalia viventa; est synecdoche. Rursum, *preducat terra*, non quasi causa efficientis: huc enim fuit solus Deus, sed tanquam causa materialis, quasi dicit: Exoriantur, emanent, exurgant, prodeant animalia ex terra.

Queres, an omnes omnino animalium terrestrium species hoc sexto die à Deo sint create? Respondeo primò, omnes omnino animalium terrestrium species, que perfecte sunt et homogeneae, id est, quae per communionem maris et feminæ, ex una tantum specie nasci possunt, huc die esse creatas; ita passim docent interpres et scholastici. Et probatur, quia hoc requirebat perfectio universi: Deus enim hisce sex diebus universum hoc perfecte condidit et exornavit; unde sequitur eum hisce sex diebus omnia, id est, omnium rerum species, creasse. Atque hinc dicitur septimo die cessasse, scilicet à novarum specimen productione.

Dico secundò, consequenter hoc sexto die omnes bestiae venenatae, ut serpentes; et sili invicem iniuriae ac carnivore, ut lupus et ovis, create sunt; adeoque cum hæc iniuricta et antipathia creare sunt; hæc enim antipathia est eis naturalis. Itaque ante pecuniam Adæ natura lupi erat inimica ovi, eius necem intulisset: Dei tamen providentia cavisset, ne id fieret ac speciem satis propagat, ut ilia non intercederet. Ita D. Thomas, I p., q. 96, a. 4, ad 2; et S. August. lib. 3 de Gen. ad litt. c. 10, licet ipse id ipsum retractare videatur lib. 1 Retract. cap. 10, atque asscerere ad naturalem institutionem pertinere, ut herbis omnes bestiae vescantur, iuxta id quod dicitur Genes. I, v. 50: ex hominis autem inobedientia factum esse ut aliae alii sint in cubo. Item censem Perierus et Abulens. in cap. 15 ubi fuscus hic pertinet. Idem videtur sentire Gregorius Nyssenus orat. 2 de precreatione hominis. Item disertè docet Julius: *Ex eo, inquit, quid dixit Deus: Ecce dedit vobis omnen herbam, patet quid nihil noxiū terra protulit, et nullam herbam vescatur, et nullam arborē sterilem.* Secunda, quid ipse aves reptis infirmorum aditum vivent, nec lupus insidias explorabat ovilia circum, nec serpenti patris eius erat; sed universa concorditer herbis et fructibus arborum vescerantur. Verum prius, quod dixi, est verius. Cause, cur venenata crearet Deus, sunt: Prima, ut universum omnibus rerum generibus esset integrum. Secunda, ut ex illis elucesceret aliorum honestas: honestum enim malo oppositum elucescit. Tertia, quia ipsa ad medicinas et ad alijs usus utilia sunt. Sic enim ex viperā fit theriaca: ita Damascenus lib. 2 de Fide c. 23; vide et S. August. lib. 1 de Genesi contra Manich. cap. 16.

Dico tertio, minuta animalia, que ex sudore, exhalatione aut nutrefactione nascuntur, uti pulices, mures,

aliisque vermiculi non fuerunt hoc sexto die creati formam, sed potentialiter, et quasi in seminali ratione: quia scilicet illa animalia hoc die creata sunt, ex quo rum certa affectione haec naturaliter erant exortura. Ita S. August. lib. 3 de Genes. ad litt. cap. 14, licet contrarium docere videatur S. Basilus hic homil. 7. Certè pulices et similes vermes qui jani in hominibus sunt tunc creari, contrarium fuissest felicissimo innocentie statui.

Nota, in parvis animalibus aquæ et submersis magis elucere magnificientem Deum atque in magnis. Audi Ter tul. lib. 1 contra Marcionem cap. 14: « At quid et animalia irrides minutoria, que maximus artifex de industria, ingenii aut viribus ampliavit, sic magnitudinem in medicofrate probore docens, quemadmodum virtutem in infirmitate, secundum Apostolum; imitare, si potes, apis aculeos, formicas stabula, araneas retia, bombycis stamnia; sustine, si potes, illas ipsas lectuli et tegetis tue bestias, cantharidis venena, muscae specia, culicis et tubant et lanceam: qualia erunt majora, cum tam modicis aut juvaris aut federis, ut nec in modicis despicias creatorum? » Ita Chrysippus, teste Plutarchi lib. 5 de Natura, cimices, et mures homini perutiles esse dixit: cimicibus enim nos à somno excitari, et à murebus admonereri, ut in rebus locandis curam adhibeamus.

S. August. enarrat. in Psal. 148: « Attendant, ait, charitas vestra, quis dispositus membra pulicis et culicis, ut habeant ordinem suum, habeant vitam suam, habeant motum suum? unam bestiolum brovem minutissimam considera, quam volueris; si consideres dominicum membrorum ipsius, et animatione vita quæ mouetur, pro se fugit mortem, amat vitam, appetit voluptates, devit molestias, exercit sensus diversos, viget in motu congruo sibi. Qui dedit aculeum culici quo sanguinem sugat? Quam tenuis fistula est quæ sorbet! Qui dispositus ista? quis fecit ista? Expavescis in minimis, lauda magnum. »

Dico quartò: Hybrides, puta animalia que ex congreßu diversarum specierum generantur, uti mulos ex equa et asino, ex lupo et cervo lynx, ex hirco et ove tigris, ex leonem et pardo leopardus; haec inquam, non necessiter dicere, hoc die sexto esse creati; atque de facto tunc non omnia hac esse creati certum est. Ita Rupertus, Molini et alii, licet Perer. hic contrarium sentiat. Hoc dictum probatur primo, quia in Africâ in dies nove oriuntur monstrorum species, et plures deinceps orientum atque oriri possunt ex novâ aliarum et aliarum specierum, sive animalium commixtione. Secundo, quia haec commixtio est prater naturam et adulterina, unde vetita fuit Iudeis Levit. 19, vers. 19. Tertiò, quia haec animalia sufficienter censemur creata, quando aliae species create sunt, ex quarum commixtione posteri erant nasciturae. Quartò, quia de multis doceat Hebrei Genes. 56, 24, eos longè post hunc sextum mundi diem, ab Anâ inventos esse in deserto, ex equarum cum asinis congreßu.

IN GENERE SUO, secundum suum genus, puta secundum species suas, ut sequitur, q. d. Producit terra animalia viventia secundum quasque singulorum species; sive: Producit terra singulas animalium terrestrium species. Species hasce enumerat et contemplatur S. Basil. homil. 9 Hexam. eumque secutus S. Ambros. lib. 6 Hexam. cap. 4, ubi inter cetera ait: « Ursus insidiens licet, ut Script. ait (est enim plena fraudis fera), tamea fertur informes uto fœtus edere, sed natos linguis fingere, atque in speciem sui similitudinemque formare: tu filios tuos instinet, tu similes tuū non potes! Eadem gravi affecta cedet, et consuacuta vulneribus, mederi sibi novit, herbe, cui nomen est plomous, ulceras subcissionis sua, ut solo curenatur attactu. Serpens quoque pastu fœnicili cœcitatatem repellit exceptam. Testudo visceribus pasta serpentis, cùm venenum adverterit, sibi serpere, origano medicinem sue salutis exercet. Viadas etiam vulpem lacrymam pinit medentem sibi. Clamat Ieronimi Jerem. 6: Turtur et hirundo, agri passeres custodierunt tempora introitiois sui: populus autem meus non cognovit iudicia Domini. Novit etiam formica explorare serenitatem tempora; nam ea præagiens madidatus fructus foras exportat, ut jugo solo incitetur. Boves impendente pluvia ad præcipia se tenero noverunt, alia foras spectant, et ultra præcipia cervices extendunt, ut produire se velle testentur eò quid imminent aura serenior. Ovis sub adventum hiemis inexplabis ad escam, instabiliter herbam rapit, eò quid præsentat asperitatem et sterilitatem hiemis futuram. Hericus, si quid insidie runa præservit, spinis suis claudit, atque sua se armis colligit, ut quicunque eum contingendum putaverit, vulneretur. Idem futuri providens, geminas sibi respirandi vias munis, ut quando Boreanum flatum cognovit, Septentrionalem obstruit; quando Noto cognoverit detergi aeris nubila, ad Septentrionalem se conferat, ut flatus declinet obvios, et è regione nocturnos. O quæ magna sunt opera tua, Domine! omnis in sapientia fecisti. Subdit de tigride, que raptorem catulorum suorum insequitur, qui ubi sit contigit viderit, spheras de vitro praject. At illa imagine sibi (quæm reflexum videt in vitro, putatque suum esse catulum) luditor, et quasi latratura festum residet. Si pectalis studio decepta, et vindictam amittit et prolem. Docte ergo tigris, sava licet, quantum parentes debeat amare suos liberos, ne eos ad iracundiam provocare.

Pergit deinde ad canes, qui ex vestigiis mirâ sagitate leporum odorantur, et insequuntur. Affer exempla canum, qui herorum suorum homicidas detexerunt et vindicarunt: additum: « Quid nos dignum nostro referimus creatori, cuius cibo vescimur, et dissimilamus injurias, et sepe iniurias Dei eas quas à Deo accipimus, epulas exhibemus? Agnitus balatu frequenti absentem matrem citat, ut responsura vocem excite; multis licet versetur in multibus ovium, recognoscit vocem parentis, festinat ad matrem. Illa quoque inter multa agricultorum milia, solum filium

tacito pietatis testimonio recognoscit. Pastor errat in discretione ovium, agniculos in agitacione matris noscit errare. Non dum catulo dentes, et tanquam habeat, ore proprio se querit ulcisci. Non dum cervo cornua, et tamen fronte præludit, atque ex ea quæ nondum expertus sit tela ministrat. Lupus si prior hominem viderit, vocem erigit, et despiciet eum tanquam viator vocis ablatum; idem si se præviuum servet, deposit ferociam, non potest currere. Leo gallum, et maximè album veterat. Caprea vulnerata dictam peti, et de vulnere excludit sagittas. Leo ager similiā querit, ut devoret; quo possit satiari. Leopardus capre agrestis sanguinem habet, et vim languoris evitat. Omnis fera agra, canis haustus curatur sanguine. Ursus ager formicas devorat. Cervus oleæ ramusclos mandit. Ergo fera nōrum expetere qua sibi prosint; tu ignoras, o homo, remedia tua? Tu nescis quomodo virtutes eripias adversario, ut te tanquam preventus lupus effugere non possit, ut oculo tuo mentis ejus perfidiam deprehendas, et prius cursorum verborum ejus impediendas, impudentiam ejus et acumen disputationis obtundas? Quid dicam alli homines detectari, quod et leopards fugit? jejunii hominis spuma si serpens gustaverit, moritur. Vide quanta vis jejunii sit. Tunc nido suo, ne pullus suus incurset lupus, squillæ folia supergerit; tu negligis quomodo aduersum lupos nequitia spiritualis, posteritatem vite hujos habebas tuos?

Prosequitur cap. 5, docetque Deum angustiora colla formassæ leonibus, tigridis et ursis; quia illis feris que carne vescuntur, non erat opus prolixitate cervicis; longiora vero dedisse camelis, equis, bovis, ac promiscuam elephantis, ut cum sint altiores, inclinare se possint ad carpenda terra germina, quibus pascuntur. Elephanti intolerabilis impetu in hostes ruunt, velut quidam mobiles montes versantur in præliis, et ut colles alto eminent vertice, magnis fragore omnium perturbant confidantiam. Trecentis et amplius annis feruntur vitam producere; quia omnia sibi ad magnitudinem membra convenient, artusque compacti sunt, non distincti, uti in homine. Promiscuae suæ quidquid involvent, frangunt; pede quidquid comprescent, examinant. Et tamen haec tante molis bestia, subiecta nobis, imperio servit humanis. Et cap. 6: Formidabilis tauris elephas, murem timet; leo rex ferarum, comantes cervice toros excutit, exiguo scorpionis aculeo exagitatur, et veneno serpens occiditur. Serpentes, ceteraque animalium et herbarum venenata, sunt quas pedagogi parvulis, libertatem lascivendi negant, necessitatim discipline exigunt, errore constringunt; flagella sunt corum quibus infirmi est animi etas. Haec et plura S. Ambros. Breviary S. Basil. homil. 9: Bos, ait, constans est strenuusque; asinus autem piger; equus libidine incenditur; lupus metescere nequit; vulpes insidiosa, et ad dolos conniannos sagax; cervus timidus; laboriosa formica, canis gratiosus, et inita semel amicitia tenax ac memor; les ammosus, idemque solitarius; velut enim tyrannus

animantium, pares honores congresionesque cum ceteris non acceptat, sed aspernatur; qui neque ad pavulum hesternum accedit, nec ad reliquias venationis sue unquam reddit. Vehemens est panthera, impetuosa et pernix, idemque flexilis et agilis. Pigerrima est ursa, solitaria et dolosa.

JUNENTA, animalia domestica et mansueta: haec enim hebreæ vocantur behonet, et opponuntur bestiis, id est feris terre, quas Greci hic clara *Onyx* vertunt.

Tropologicæ, opus creationis sex dierum, significat opus justificationis hominis. Primo ergo die creatur lux, id est, infunditur peccatori illuminatio, quæ videt turpitudinem peccati, et periculum sui status ac aternitatis. Secundo die fit firmamentum, id est, inditur peccatori timor Dei et iudicij qui dividit aquas superas, id est, appetitum rationalem, ab inferis, id est ab appetitu sensitivo, ut licet sensu concupiscentia terrena, spiritu tamen feratur in coelestia. Tertio dio terra, id est, homo cooperitus aquâ, id est, concupiscentia, detegitur, ut licet eam habeat, non tamen obrutar, et sentiat, nec consentiat. Inde fert germina virtutum. Quarto die fit sol, id est inditur homini charitas, et luna, id est fides illustris; et Hesperus, id est spes; et Saturnus, id est temperantia; et Jupiter, id est iustitia; et Mars, id est fortitudo; et Mercurius, id est prudenter; cum aliis astris, id est virtutibus. Quinto et sexto die flunt animantes: primo, pisces, id est homines boni, sed imperfectissimi; quia eis seculi immersi; secundum, jumenta, id est homines perfectiores, qui in terra vivunt spiritualiter; tertius, id est homines perfectissimi, qui omnia contententes, toto affectu quasi aves in celum evolunt. Ita ex Eucherio, Origeno et Hugone Penerius. Vide S. Bernard. serm. 5 de Pentecoste. Symbolicæ, Junilius hos sex dies adaptat sex etatibus mundi. Sequitur creatio hominis, nimurum:

*Sanctus his animal mentisque capacius altæ
Deerat adhuc, et quod dominari in extera posset,
Natus homo est.*

Dicit ergo Deus :

VERS. 26. — FACIAM HOMINEM AD IMAGINEM ET SIMILITUDINEM nostram. Nota hic SS. Trinitatis mysterium; hisce enim verbis alloquitur Deus Pater, non Angelos, quasi illi jubeat, ut ipsi fabricent corpus humandum, et animam sensitivam, sibique solidum reservet fabricare anima rationalis, ut voluit Plato in Timaeo, et Philo lib. de Opificio seu dicerum, ac Judai. Hoc enim ut impium detestantur S. Basilus, Chrysostomus, Theodor, Cyrilus lib. 1 contra Julian. et August. lib. 46 de Civit. c. 6; nam Deus non per angelos, sed per se tam corpus, quam animam hominis creavit, ut patet cap. 2, vers. 7 et 21; unde non ait hic: Facite, sed: Faciamus ad imaginem, non vestram, ô angel, sed nostram. Alloquitur ergo hic Deus Pater suum Filium et Spiritum sanctum, quasi collegas suos, ejusdem secum naturæ, potentiae et operationis. Ita S. Basilus, Rupert. et alii supra; ino-

cilium Sirmiense apud Hilar. lib. de Synodi anathema iis qui aliter hunc locum explicant.

Notus secundum excellentiam hominis; Deus enim de homini, tanquam rei magna, creationis delibera et consultat, dicens: Faciamus hominem. Ita Rupertus. Est enim homo prima mundi iocreati, id est SS. Trinitatis, imago; et eius infinite artis et sapientiae testimonium; et opus perfectissimum: creati vel mundi homo est finis, compendium, viciuum et nexus; omnes enim rerum spiritualium et corporalium gradus in se habet et nec sit homo. Ideoque est et vocatur Microcosmos, atque a Platone vocatur Horizon universi, quia determinat, et in se conjungit superius hemisphaerium, puta coelum et angelos, atque inferius, puta terram et bruta: homo enim partim angelis, partim brutis est similis. Si vita et tempus hoc nostrum est horizon aternitatis; quia determinat aternitatem beatitatis, quae est in celis, a miseris, quae est in inferno, et ab utraque aliquid participat. Pulehrè S. Clement. lib. 7. Constit. apostol. 55: *Finem, inquit, fabricationem, animantem rationis partem, mundi citem, sapientiae tua moderatione fecisti, cum dices: «Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram»;* fecisti, inquit, ut esset homo *κοσμός κοσμός*; id est, ornati ornatissimis, cuius corpus ex quatuor elementis primis corporibus formatum, animam verò ex nihilo; ab sensu quinque ad certamen virtutis dedisti; et mentem ipsius anima, tanquam aurigam sensibus praefecisti Secundò, quia per Christum hominem omnes pariter creature, que in homino quasi in microcosmo, ut iam dixi, continentur, erant deificande. Vide ergo quanta sit homini dignitas. Tertiò, quia proper hominem, et cum homine, ut mundus est conditus, it et in resurrectione renovabitur. Quartò, summum fidei mysterium, scilicet SS. Trinitatis et individua unitatis, prium in generatione hominis reservatum est, quod postea in ejusdem homini regeneratione, puta in baptismo, aperte declarandum et profunditum erat; nam illa verba, *faciamus et nostram, Trinitatem significant;* unitate verò indicant illa verba: *Dixit Deus, fecit Deus,* etc. Quintò, animalia et plantae ex terra et aqua generata dicuntur; at solus Deus corpus hominis fixit et figuravit, illicique animam rationalem à se ex nihilo cretam induit. Sexò, homo factus est à Deo rex et princeps omnium animalium, etiam maximorum, totiusque mundi quasi rex. Septimò, assignavit Deus homini ad habitandum, et sese obiectum paradisum, delicias omnique rerum copia instructissimum. Octavò, creavit Deus hominem *in toto integrum* animi et innocentia præditum; ut ei mens subiecta esset Deo, et sensus rationi, et corpus animo, et omnes animantes hominis imperio subdenterentur; hinc factum est, ut natus non erubesceret. Non, Adam congrua singulis animalibus nomina impedit; unde eluet summa ejus scientia et sapientia, ut ipse animantes quasi agnoscerent et profitearentur, se pro rege ac domino habere hominem. Decimo, corpus habuit immortale, ut scilicet si Deo pararet, longissimo aetate in terris

acto, ex vita terrena ad celestem et semperiam, mortis et malorum omnium expers traducetur. Unde in diuinus Deus dono prophetie homini insinuit, cum dixit: *Hoc nunc es ex ossibus meis.* Duodecimò, Deus sep̄ sub specie humana homini apparebat, eumque familiariter alloquebatur.

Nouū tertio, Deus palatum hoc mundi, quasi quodam convivium, ait Nyssen, aut potius quasi splendidum triclinium, instruxit omnibus rebus quo ad usum, oblectationem et scientiam erant opportuna, ac deinde ultimo in illa ita adoratum induxit, creatum hominem, quasi qui omnium esset vertex, finis et dominus. Vide S. Ambros. epist. 38 ad Horont. et Nazzian. orat. 45, et Nyssen lib. de Opificio hominis. Vide et si singularum humani corporis partum dignitate, S. Ambr. lib. 6 Hexam. cap. 9. Recit ergo S. Bernard. serm. 4 de Annunt.: *Quid, inquit, homini primo deearat, quem misericordia custodiebat, docebat veritas, regebat justitia, pacem forebat?*

Insuper Diogenes teste Plutarch. lib. de Tranquilitate anima et Philo lib. 4 de Monarchia, docent quod mundus sit quasi templum Dei sacram, et pulchrum, in quod induxit sit homo, ut ejus esset anistes, et sacerdotio fungeretur pro creaturis omnibus, et pro beneficiis eis omnibus, et singulis collatis gratias ageat, illuc propitium reddere. Deum, ut bona aderet, malaque repelleret. Hinc in vaste poderis, quam habebat Aaron pontifex veteris Testamento, totus erat orbis terrarum. Sapient. 18, 24. Audi Lactant. lib. de Irâ Dei, cap. 14: « Sequitur ut ostendam, cur hominem fecerit Deus. Sic ut mundum proper hominem machinatus est, ita ipsum proper se, tanquam diuini templi astupientem, spectaculo opicum, rerumque celestium. Solus enim est, qui sentiens capaxque rationis intelligere possit Deum, quia ejus operis admirari, virtutem potestemque perspicere, et cogitare. Ideo sermonem solus accepit, ac lingua cogitationis interpretari, ut enarrare majestatem Domini sui possit. » Porro S. Ambros. epist. 53 jam citata, debet et hominem ultimum creatum, ut subjectas haberet omnes mundi opes, omnia volatilia, terrestria, etiam pisces, etc., esseque quasi rex elementorum, ac per haec quasi per gradus ad coeli ascenderet regiam. Cujus, inquit, difficilis itineris viatorum non facilius reperies, illum virum qui ita sit animi inductione formatus ac voluntate, ut minima sibi sit cum corpore familiaritas, neque in ullum ingrediatur via tiorum contubernium, nullis, assentient pomiciis, et tur sermonibus, neque in rotis secundorum tempore rum positus humiles fastidat, moesta fugiat, sanctum rum laudes exultat ac elevet. Cujus anima non inflectat, non invenit, non frangat iurum, nullus sollicitus suspicio, libido non exigit, non expedit passiones corporis, non inquietum appetitum, et voluptatum gratia. Merito ergo postremus, quia finis nature, formatus ad iustitiam, inter cetera animandam justi arbitrio. » Ad tandem eleganter que se nervosum ita concludit: « Recite ergo novissimus, quis totius summa operis, quae causa mundi

COMMENTARIUM.

q. d. Ad imaginem et similitudinem, id est, ad imaginem similitudinis, ut habetur Sapient. 2, vers. 24, hoc est, ad imaginem similem, vel simillimum. Hinc Scriptura hæc nomina pronuntiœ usurpat, modo unum, modo alterum, modo triumque: ut jam dicat bonum factum esse ad imaginem Dei, ut Gen. 9, 6, modo ad similitudinem Dei, ut Gen. 5, 1, modo ad imaginem et similitudinem Dei, ut hic.

Nota tertio. Pro *imaginem*, hebreice est, *tselem*, quod significat umbram, sive adumbrationem rei. Radix enim *tsal*, significat obumbrare; inde *tsef*, significat umbram, et *tselem* imaginem adumbrantem. Sicut enim umbra corporis, sic imago sui prototypi est quedam adumbratio. Imitu ergo *tselem*, hominem respectu Dei tantum esse umbram, vel umbraticam imaginem. Deus enim solidam et constantem habet essentialiam; homo vero umbraticam et evanidam; et hoc est quod Psalm. 58, dicitur: *Universa vanitas omnis homo vivens, veruanitatem, in imagine hebreice betesem,*

Notum est, ut etiam in imagine (ut dicitur veteris), in umbrâ, id est, instar umbras) *pertransit homo*.
Nota quartô. Homo non est imago Dei, ut Deus est, id est, quod attributum propria Dei, ne enim homo est omnipotens, immensus, & eternus, omniscius, ut est Deus, sed solum quod attributa communia, que scientia ipse communicat intellectuali creature.

Nota quinto. Hæc imago Dei non est in solo viro, ut
vult Theodor. sed et in Angelo et in feminâ, ut fuisse
docet S. Aug. lib. 12 de Trinit. cap. 7, et Basilius hinc
hom. 10, explicans illa verba Genes. 1: *Masculum et*
feminam fecit eos. Nunc

Dico primo: Hæc imago Dei sita est in mente homini, sive in eo, quod homo in summo rerum sit gradu, in quo Deus est et Angelus; puta quod homo sit naturæ intelligentiæ, sicut animal rationale; per rationem enim, mentem et intellectum homo maximè reflectit Deum, imitans præ alias creaturis, simillimus est. Ex hæc natura rationali sex eximiae hominis dotes et pro-

pietatis consequuntur, in quorum modo una, modis
alia Patres subinde hanc Dei imaginem collocant, scil.
particulari et incompleti. Prima est, quod hominis
anima incorporata sit et individua, ut est ipsi Deus:
in hoc collocat S. Augustinus. Secunda est,
quod sit aeterna et immortalis: in hoc collocat
Origenes. Tertia est, quod sit intellectus, voluntate et
memoria predicta: in hoc collocat Damascenus. Quarta,
quod sit liber arbitrii: in hoc collocat S. Ambrosius.
Quinta, quod sit caput sapientiae, virtutis, gratiae,
benevolentiae, visionis Dei, omnissigilli boni; unde in hoc
capacitate imaginem Dei collocat Nyssenus. Sexta,
quod cunctis animalibus sub potestate praesit et domi-
neatur: in hoc collocat S. Basil.

12, Adde septimō, sicut in Deo omnes res sunt et continentur eminenter; ita quoque omnes res in homine sunt eminenter, ut dixi sub initium hujus vers. Rursus, homo intelligendo fit quasi omnia, ut ait Aristot. quia omnium rerum imagines et simulacra inphantasia et mente sibi efformata.

perit similitudo Dei, non imago.
Veram dico, non distingui, esqueque hendiadyn,